ILLVSTRI GENEROSO-QVE HEROI AC DOMINO D. EYTEL-FRIDERICO COMITI IN ALTO ZOLLEREN, SIGMARINGEN ET VHERINGEN; DOMINO IN HAIGERLOCH ET WERSTEIN &c.

Sacri Romani Imperii Camerario hæreditario, nec non Cæſareæ Maieſtati a conſiliis &c. Domino ſuo in primis gratioſo.

IN MORE EST POSITVM, EYTELFRIDERICE Heros præſtantiſsime, ut ii, quorum curâ & operâ in lucem quidpiam exit vigiliarum, quas elucubrati ſint, aut de rei ipsius, quam publicam faciunt, & fructu & dignitate ſermonem inſtituant; aut eius in perſonæ, cui dedicatur opus, virtutibus enumerandis occupentur. Mihi neutrum in præsentia faciundum videtur: quandoquidem de Muſicæ artis ſcientiâ, cuius profectò vis inexhauſta merito cenſetur, me neque ſatis enucleatê, ut maximê vellem, diſſerere poſſe fatear; neque veró me (ut de aliis taceam) aut familiæ veſtræ ut antiquiſsimæ ita præclariſsimæ, ex qua domus Brandeburgia hodieque propagata floret; aut virtutum innumerabilium

RATHS Bibliothec zu Löbau
Mus. Löb. 50, 2
Sächs. Landes-Bibl.
2